



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Aliquot Deiparæ miracula ex Vincentio Beluacensi lib.7 speculi histor. nu.
3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](#)

talem Baronum tom. 10. ad annum Domini
Arnoldus 870. Item à Damasco, inquit Arnoldus, ad tria
Baronius millia est locus quidam in montibus suis, qui
Arnoldus. Saidaneida vocatur, & à Christianis inhabitatur. Et est ibi ecclesia in rure sita, & in hono-
rem gloriose Virginis dedicata, in qua monia-
les virgines duodecim, & monachi octo affi-
duo Deo seruunt, & B. Virginis, in qua Eccle-
sia vidi tabulam ligneam ad membra ipsius
vina longam, & latam ad modum dimidiae
vlnæ retro altare in muro sanctuarij in fene-
stra positam, & ferro laquealiter cancellatum
firmatam. In qua tabula effigies B. Marie Vir-
ginis aliquando depicta sunt, sed nunc (quod
dictu mirabile est) pictura super lignum est
incarnata, & oleum odoriferum super odorem
balsami incessanter ex ea manat. De quo oleo
multi Christiani, Saraceni, & ludei de duer-
sis languoribus sepe liberantur. & nota quod
oleum illud quoquam immunitur quantum
cunque inde accipiatur. Nec praedicta tabula
à quoquam tangi audetur, videri autem om-
nibus hominibus conceditur; oleum vero illud
à Christiano religiosè conseruat, aug-
mentatur, & cum pro quoconque cum devo-
tione, & fide sineira sumptum fuerit, pro ho-
nore sanctæ Virginis, commissisque solen-
titibus indubitanter impetrabitur. Ad hunc
locum in Assumptione, & die gloriose Nati-
uitatis sua, omnes Saraceni illius Provincie,
vnâ cum Christianis causa orandi confluent,
& Saraceni cérémonia illie sua offerunt
cum maxima devotione. Nota, quod hæc ta-
bula primum Constantiopolis facta & depicta
fuit; unde temporis quidam Abbatis supra-
dicti loci causa orationis Jerusalalem descendere-
tur, & impetrata tabula à Patriarcha Iero-
lymitano eam secum ad Ecclesiam sibi com-
missam transportavit. Fuit autem hoc lacra-
tionis anno octingentesimo septuagesimo
sed postea per multa tempora caput oleum
facium ex ea manare hucusque Arnoldus.

ALIQVOT SELECTA DEIPARÆ
miracula ex Vincentio Beluacensi
lib. 7 Speculi histor.

Aliqua
Deiparæ
miracula
ex Vincet.
Beluacensi.

Vincentius Episcopus Beluacensis ex sa-
cro ordine Prædicatorum Theologus fuit
eruditissimus, qui anno 1244 suum Specu-
lum historiale ab soluit, quemadmodum ipse
met ad calcem illius Operis testatur. Is in

libro septimo eiusdem speculi capite 81. non-
nulla Deiparæ miracula non abique delectu se-
conscibere affirmat. Nos quædam ex illis hoc
loco in seremus adiecto capite, vnde sunt de-
promptta.

Quidam ex naui, quæ aquis per inferiorem *Maria op̄e*
histum irrumperentibus mergebatur, cum in *implorans*
cimbam, in quam Episcopus quidam cum *quidam in*
nonnullis alijs ex ipsa nau propter eandem *medit flu-*
causam se demiserat, descendere vellet, in ma-
re decidit; atque ad ima pelagi demersus nus-
quam comparuit Episcopus tandem cum
cumba deuetus, terra cum socijs applicuisset,
ecce locum, quem inter duas cecidisse naues
in mare diximus, de mari subito viuum, & in-
colunam vident exire. Quærunt flupentes, &
de recepto socio exultantes, quid ei accidet, quomodo à marinis fluctibus liberari sic po-
tuit. Qui ait, beatæ Dei Genitricis cùm in a-
quam caderem nomen exclamauit, siccum eius,
& memoriam habendo, & nomen declaman-
do ad ima pelagi deueni. At ipsa misericordia
Mater Virgo Maria, qua memorum suorum
immemor nullatenus esse potest, mihi sub vni-
dis adstitit, pallioque fud me clementer con-
textit, & contextum sub aquis & que ad littus
perduxit, hæc eo dicente, laudes Deo Deo re-
feruntur, & Mater misericordia ab omnibus
prædicatur. Vincentius cap. 88.

4. Abbas quidam in medio mari Britanni-
ci nimia cum alijs multis oppresus est tem-
pestate; adeo ut omnes de vita cogarentur de-
spirate. Itaque alij B. Nicolaum, alij sanctam
Claram, alij pium Andream, vel querilibet aliū
inuocabant. Vnusquisque enim quem fami-
liarem sanctum habuerat, eum in necessitate
sua familiarius inuocabat. Aliqua etiā offere-
bant munuscula, vt moris est tempestate mar-
rina deprehensis. Cumq; Abbas videret omnes
istos, vel illos sanctos inuocare, neminem autē
Matrem misericordia. Sidus marinum, cœtes
tis omnibus miseri potenterem Mariam no-
minare. Quid est, inquit, quod agitis fratres,
quid ceteros, qui minus possunt tantum inuoca-
tia; & ipsam quæ plus omnibus potest relinquunt?
Bonum quicquid est quod faciis, sed multo melius
effet, si omnes una voce matrem misericordia una
voce inclamare. Quo illi præcepto omnes, va-
na voce Matrem Dei nominant, omnes, ut sui
misereatur proclamant. & ipse quoque Ab-
bas, qui præter unum ponum nihil domi-
derat, qui que per duos dies, ac noctes ita af-

*Tempestas
maris fa-
datim.*

B. Claret

fictus erat, quod vix respirare poterat; illud Responsorum. Felix namq[ue] cum suo Versiculo: Ora pro populo deuotissime cum Monachis suis cantare coepit, vixque finierat populus precem cum lamentatione, & Monachi cantum cum deuotione, & ecce in summitate malorum magna, instar cerei apparuit, qui noctis tenebras fugans, omnes querant in Nauis sua claritate perfudit, totaque pelagi cessavit tempestas, & celi Regina iubente, facta est tranquillitas. Nec multum post, dies serenus illuminat, & terre ad quam tendebat nauis applicuit.

Vincentius cap. 89.

Belluacensis.

Pueramoribus insana-

bili ter-

cussa sa-

matur.

In suburbio Nouionensi quædam puella pauper, manu, & arte victum querens, dum in die festo Annunciationis Dominicæ, prout nendo moris est mulieribus, filum salvia manducaret, idem filum linguae eius adhaesit. & labia utraque quasi coniuncta distorsit, labioque intumescente, penè lingua obmutuit præ nimio dolore, os eius deturpauerat salsus coagulata in spumam, & labia lingue concreta vim naturaliter expundi amiserant, puella flebat, & quid ageret ignorabat, vicini eam ad impetrandam cœlitus indulgentiam sancto presentauerunt Eligio, sed redierunt infecto negotio. Itur postmodum ad Sanctæ Mariæ Monasterium principale, id est ad Pontificalem sedem Nouionensis Ecclesiæ. Ibique in conspectu astantium, & pro ea roganti gratia diuina labelulo vinculum excusit, & populum ad gratiarum actionem probocauit.

Vincentius loco cit.

Quidam à

plaga de-

monti li-

beratur.

Quidam pauperculus homuncio in vicinia Aquinensi habitans cum quadam die per villam deambularet lapidis offensione pedem, quem nudum habebat sibi læsit, & violenter substomachans diabolum nominauit, dicens lapidem illum in nomine diaboli ibi tuuisse positum, & voce vix adhuc sermone ficiere, repente, quam violenta injectione aqua fermentis faciem totam perfundi sentiens, statim substituit, & se de loco mouere non potuit. Ex oculis eius multa aquarum abundantia guttatum defluere coepit, ita quod nihil omnino videre potuit, sed ad dominum suum reductus cæcitate oculi dextri perdurante, lumen finistris recipit. Et ecce tota facies eius in tumorē conuersa, oculi, nasus, os, ita tumore ex crescente disperuerant, ut non nisi deformatum monstrum videretur. Quatuor autem diebus euolutis inflatio illa paululum exinaniri coe-

pit sed tota facies eius ita igniti pulsulis, & vesicis turgentibus oppleta est, ut ab omnibus elephantico morbo percussus diceretur. Post hoc morbus ad inferiora descendens à renibus, & que ad summos pedum articulos tam miserabiliter occupauit, ut curuatis poplitibus talibus adhaerent, adeo, ut horrida contractatione totus quodammodo in globum unum redigeretur, sicque tota illa inferior corporis pars insensibilis manst, ut si igne aduteretur ardere quidem posset, sed omnino tenuire non posset. Nunquam de lecto per se lugere, nunquam se ad sedendum erigere, vel in quod liber latus reclinare potuit, sed semper recipiatus iacuit. Per senestellam vero, qua lecto eius contiguit, erat à transuentibus sibi eleemosynam mitti miserabiliter vociferando implorabat, unde se, suoque iustitabat: quamvis autem eum, & paupertatis inopia, & infirmitatis angustia grauius affligeret, studebat tamen in doloribus suis Deo semper gratias agere, & pro benefactoribus suis assidue orare, ieuniis quoque operadare, peccata sua semper præ oculis habere, & pro eis humiliter Deo supplicare. Appropinquante autem tempore misericordi eius, quo Deus eum liberandum prouiderat, quadam die Resurrectionis Dominicæ cum longè fatigatus inedijs perigiliceret, & apud Aquitinctum ad nocturnas laudes signa pulsare audiret, caput ergens, & versus præfatum locum protensis manibus reverenter inclinans, Saluatoris clementiam exorabat. Tunc ecce subito cernit sibi quandam in specie mulieris pulcherrimam, ac reverendius aspectus, & habitus personam afflitte, quæ commemorans ei patientiam, quam in dolore habuerat, & bona, quæ fecerat addidit: Noveris preces tuas esse exauditas à Dominino, fac ergo quod monere, & Aquitinctum te deferris facio, atq[ue] in Ecclesia B. Virginis, & matris Dei Mariæ coram imagine ipsius pro salute tua interueni, & virtutem aiutari senties auxilio. Quod cum ille fecisset Dei auxilio, & eius matris piae suffragio, ad plenum curatus est. Vincentius cap. 89.

6. Quædam mulier Iudea in partu laborans, & clamans penè usque ad exitum animæ Iudea in angustiabatur, obstetricum quoque obstupuerat solertia, solaque mortem tantu[m] dolens finem præstolabatur. Interea dum inter angustias animæ & corporis anhelaret, subito lux cœlitus emissa super eam emicuit, & vox cum luce

læce pariter intonuit, dicens: Inuoca Matrem le-
su, & liberaberis, inuoca nomen Maria & salua-
eris. Luce foris subtræcta, sed virtute verbi sa-
lutaris iutus radicata, mulier toto corde fide-
lis, vel fidens in Domino Mariæ nomen inuo-
cauit magna vōce, & statim fœlici partu filium
edidit carens omni dolore. Audientes autem
fœminæ, quæ aderant inuisum sibi nomen,
turbabantur, & stridebant in cam, & nisi è cœlo
oculus Dei respexisset, fortassis in eodem loco
earum trucidata manibus animam exhalaf-
set. Itaque Maria suffragante fœuentium e-
tiam mulierum cruentas manus euasit. Et post
dies Purificationis suæ assumptis filijs suis ad
ecclesiam confugit, ac legalibus institutis, &
iustificationibus carnis abrenuncians, iu-
gum suave Christi suscepit. Vincentius ca-
pite 99.

*Eur super
sue è la-
quo vi-
am sua-
dit.*

Fur quidam Elbo vocatus frequenter res a-
lienæ rapiebat, quibus se, & suos alebat. Qui
cum sanctam Dei Genitricem venerabatur ex
corde, eamque dum ad latrocinandum iet ex-
orabat, ac deuotissime salutabat. Quadam die
in furto deprehensus, sine vita mitigatione ad
suspendum ductus est. Cumque eo suspen-
so iam pedes eius penderent in aëre, S. Maria
Virgo mater in auxilium eius veniens perbi-
dum, ut sibi videbatur eum suis sanctis mani-
bus sustentauit, nec aliquam læsionem pati
permisit. Illi verò qui eum suspenserant, cum
ad locum illum redijerent, videntes eum viuē-
tem vultu hilari, quasi nihil mali patientem,
putauerunt eum non plene laqueo iuxatum,
& dum accedentes guttur eius transfigere vel-
lent, iterum S. Maria manus suas gutturi eius
apposuit, nec transfigi permisit. Cognoscentes
ergo, eo referente, quod sancta Virgo auxiliare-
tur ei, dimiserunt eum abire. Qui factus mo-
nachus quādiu vixit Deo, & sanctissime ma-
tri eius poftea leruiuit. Vincentius cap. 116.

ALIQVOT DEIPARÆ MIRAC- ULIS recentiora ex historialndica Ioannis

Petri Maffei Societatis

1650.

Pro regia **L**ausentius Francisci Almeida Indiæ Pro-
India filius regis filios cum anno sal. 1506. à Zamo-
signi reino Rege Calicuti quod est Indiæ Orientalis
doriam celeberrimum emporium ingenti clæſſe celſa-
Virg. ope rum nauium amplius 60. lēborum ac paro-
tō equitur num, biremumque ad 130. omni telorum ge-
nere, & numero milium instructissima petere-
tur; Francisci patris iuſſu nages non plus un-

decim, ad mixtis tritemib⁹ paucis, raptim ad-
ornauit Lusitanis præter nautas impositi o-
ctingentis. Cumque ad ictum bombardæ ven-
tum esset conspicatus Laurentius tantam ho-
stium multitudinem expiatis de moe noxiis
primum omnium ædem Mariæ Virginī. Vi-
ctrici voulit, si ea pugna barbari fuſi, ac fugati
essent. Itaque pugna inita multis omnis gene-
ris hostium nauib⁹, aut depreſſis, aut in littus
ejectis cæſis tribus circiter hostium millibus,
sex tantum è suorum numero desideratis (quæ
res diuinum auxilium, sine vila dubitatione
monstravit) captiuas trahens onerarias nouem
ingenti parte præda simul, & gloria Cananoris
portum cuius Vrbis in conspectu res erat gesta
fōspes introiuit, ac primum omnium MARIA
Virginī Victrici, quam initio prælij vouerat, &
dem faciendam curauit. Maffei lib. 3. histo- Maffie-
riarum Indicarum.

In eadem viba Cananore in sequenti anno Laurētius
qui fuit 1507. cum Lusitanorum arx Lauren- Britto ab
tio Britto eidem Præposito, à Rege Cananoris hostium
cum 50. millibus militum arctissima obſidione obſidione
premeretur, & milites, qui erant in Arce penu- B. Virg. s-
ria commactus (cuius maxima pars quodam peſib⁹
incendio erat abſumpta) adeo laborarent, vt tur.
iam neque muribus, neque alijs fædis animali-
bus abstinerent, illisque necesse eret aut dedi-
tionem facere, aut fame funditus interire; Lus-
tani desperato omni humano auxilio ad tem-
plum in extrema arce Virginis Deiparæ Victri-
ci ab Almeida exructum, de quo suprà dixi-
mus, quondam confluabant opem cum à Deo,
cælitibusque tum præsertim ab ipsa Deipara
enixè potentes, Ne te in alieno, ac barbaro solo
tot vndique cinctos angastijs, & fame enectos
elementifima cæli Regina despiceret, suis pec-
catis veniam à Deo exposceret, neque iam de
corpis modo, sed etiam de animarum salute
pericitantibus in tempore subueniret. Haud
in cassum missæ preces. Ipsomet festo Assump-
tionis die, ne quid miraculo rem posset exi-
mere, solito vehementius intumescens pelagus
ingentem locustarum numerom ad ipsa tem-
pli radices eiecit, Olorius vero lib. 4. de rebus
ab Emanuele gestis de hoc agens, multitudine
hang locustarum appellat magnam ingentiū
squillarum vim) quæ à Lusitanis gratulabun-
dis audiē collecta in multis dies abunde suffe-
xit; nec validos tantum fœua fame, verū etiā
(vt salubris est cibus) & gros diurno morbo
levauit, sic aut factum est, teste Olorio, vt per

Gess

totam